FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Alte Drucke

Hypotypōsis hygiainontōn logōn, Sive, Forma Sanorvm Verborvm

Breithaupt, Joachim Just

Halae, 1707

VD18 14853671-005

APHORISMVS XXVII.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-174421

Visual Library

APHORISMVS XXVII.

De Eccleſia. Matth. 16, 18 c. 28, 19. Marc. 16, 15. 16. Pſal. 8?, 4. Et Rom. 2, 28. 29. 2. Tim. 2, 19. 1. Pet. 3, 4. Eph. 1, 22. 23. c. 3, 17. 18. c. 4, 3. ſeqq Item Eph. 2, 20. c. 3, 5. c. 5, 27. Act. 1, 8. c. 10, 25. Denique, 2. Theſ. 2, 3. ſeqq. Apoc. 12, c. 17, 6. ſeqq. &c.

Hiſce mediis colligit ſibi Deus Eccleſiam, quæ viſibilis, cœtus eſt hominum per Verbum & Sacramenta, mediante Miniſterio, e mundo profano, vocatus, vera & vnanimi diuinæ veritatis profeſſione, & Sacramentorum adminiſtratione legitima, conſpicuus. Hunc Concilia, ad normam Verbi Diuini iuſte inſtituta, repræſentant. Eadem Eccleſia, prout inuiſibilis ſpectatur, eſt Corpus Chriſti myſticum, e mundo hypocritico, per veram fidem ad communionem Filii ſelectum, adeoque turbæ promiſcuæ incognitum, ex Capite ſuo Chriſto, vitam accipiens & dona ſpiritualia. Idem hic cœtus, diuerſe ita ſpectatus, vnus, ſanctus, catholicus eſt, ac licet deficibilis, manebit tamen, ſed durante militia, inconcuſſus, ad conſummationem vſque ſæculi, adſerendus tandem triumpho æternum duraturo, illa ſui parte, quæ Chriſtum digne & finaliter amplexa fuerit. Opponitur eidem regnum Antichriſti viſibile & inuiſibile.

Concedimus, quod hypocritæ & mali in hac vita admixti ſint Eccleſiæ, ſecundum externam ſocietatem ſignorum Eccleſiæ, hoc eſt, Verbi profeſſionis & Sacramentorum, præſertim ſi non ſint excommunicati; ſed vero illi, in quibus NIHIL AGIT CHRISTVS, non ſunt MEMBRA CHRISTI, igitur neque Eccleſiæ. Apol. A. C. p. 144. l. 22. p. 145. l. 9. *Certe enim Eccleſia, non eſt tantum ſocietas externarum rerum ac rituum, ſicut aliæ politiæ; ſed principaliter eſt SOCIETAS FIDEI ET SPIRITVS S. IN CORDIBVS.* Ibid. p. 144. l. a fin. 3. lege &

ge & ſeqq. Quæ demum ſpiritualis ſocietas fidei, communionem veram Spiritus conſtituit, vt quiuis fidelium certus eſſe queat, quidquid vlli inter Fratres a Deo datum eſt, id ſuo etiam bono datum; quidquid vlli promiſſum, id & ſibi promiſſum eſſe; omniumque orationes pro ſe quoque fundi: quæ communio obligat eos viciſſim, vt omnia bona malaue credant communia, aliis compatiantur, alios iuuent, diligant, pro aliis orent. 1. Cor. XII. 18. ſeqq. Rom. XII. 4. 5. 6. Eph. IV. 15. VI. 18. Lutherus Tom. I. Ien. p. 356. Contra ea impii, ab iſta Spiritus communione alieniſſimi, hoc tanto, tamque dulci ſolatio deſtituuntur, & ſi plagis a Deo cædantur, (crux enim vera piorum eſt) ſuas, neque aliorum eſſe, inter prauæ angores conſcientiæ, miſere ingemiſcunt. Pſ. XXXII. 10. Quis ergo non malit, *Regni Dei, quod eſt Iuſtitia, Pax & Gaudium in Spiritu S. fieri ciuis*, Rom. XIV. 17. Hebr. XII. 18-21. ſeqq. XIII. 13. 14. ſeqq *quam ſine Chriſto abalienatus eſſe a politia Iſraelis?* Eph. II. 12. 13. ſeqq.

CONSENSVS ORTHODOXORVM.

Libb. Symbb. A. C. Art. VII. & VIII. p. 11. Apol. A. C. p. 144. ſeqq. Art. Smalc. p 335. &c. B. Chemnitius LL Th. P. III. B. Gerhardus LL. CC. Tom. V. Danhauerus in Hodoſoph Phæn. II. p. 104. ſeqq. &c. D. Breithaupt Inſtit. Theol L IV c. III §. III. p. 474. ſeqq. Idem Theſ. Cred. & Agend. L. IV. c. III. Th. I. p. 239. ſeqq.

APHORISMVS XXVIII.

Militantem hunc Eccleſiæ cœtum, tres explent Status Hierarchici, a Deo inſtituti: MINISTERIVM, ſeu STATVS ECCLESIASTICVS, ad verbum & Sacramenta, clauium item, circa ſoluenda & liganda peccata, poteſtatem, nec minus diſciplinam, & quæ huius ſunt, eccleſiaſticam, legitima vocatione ſeparatus ac ordinatus; POLITICVS, qui ciuili donatus poteſtate, ita curam gerit eccleſiæ & reipublicæ, vt ſecundum leges præſcriptas, diuinis

De Statibus Hierarchicis. Matth. 16, 18. 19. c. 18, 18. Ioh. 20, 21. 22. 23. Eph. 4, 11. 12. & Rom. 13. item, Gen. 1, 27. c. 2, 22 23. 24. Leuit. 17 Matth. 19. 1 Cor. 7. col. Eph 5, 23. &c.

tamen